



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

Cl. Johann und Gerhard, Grafen von Holstein, bestätigen in Gegenwart des  
Markgrafen Johann von Brandenburg, den Bewohnern der Mark das von  
ihrem Vater im Jahre 1236 ertheilte Zollprivilegium, am 12. ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

**XCIX.** Mechthildis, Herzogin von Braunschweig, benachrichtigt die Hamburger von dem durch ihre Brüder, die Markgrafen von Brandenburg, den Hamburgern auf der Elbe in der ganzen Mark gewährten sichern Geleite, ohne Datum (1238—1261)

M. Dei gratia ducissa de Brunswic, honestis viris, vniuersis burgenfibus in Hamburg, salutem et bonam ad omnia uoluntatem. Vniuersitati uestre notum esse uolumus, quod omnibus uobis, tam diuitibus quam pauperibus, talem apud fratres nostros, margiones Brandenburgenses, securitatem optimimus conductus, quod Albiam per totam Marchiam secure et absque omni impedimento nauigio ascendere et descendere potestis, ad mercationes uestras ac alia negotia exercaenda. Scire etiam debetis pro certo et firmum super his ad nos habere respectum, quod a nullis, qui propter iam dictos fratres nostros aliqua facere uel dimittere uolunt, aliquod paciemi impedimentum, molestiam aut grauamen. Et hoc uobis attestatione presentium duximus intimandum.

Aus Lappenberg's Hamburg. Urkundeb. I, S. 441 Nr. DXV.

**C.** Notiz über einen Ehecontract eines Sohnes des Markgrafen Johann von Brandenburg mit einer Tochter des Grafen von Holstein, vom 29. Januar 1262.

Nota priuilegium de contractu matrimonii cum filia comitis holtfacie et filio Johannis marchionis Brandenburgensis, cuius tota forma inuenitur circa priuilegia premissa et actum anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXII<sup>o</sup>. quarto kal. Februarii.

Aus dem im Geh. Cabinets-Archive befindlichen Copialbuche des Markgrafen Ludwig I. tit. Zwerin Holtfacia Nr. XVII. Vgl. Gercken Cod. III, 290, wo statt Nota gelesen ist Novum priuilegium.

**CI.** Johann und Gerhard, Grafen von Holstein, bestätigen in Gegenwart des Markgrafen Johann von Brandenburg, den Bewohnern der Mark das von ihrem Vater im Jahre 1236 ertheilte Zollprivilegium, am 12. März 1262.

Johannes et Gerardus, Comites Holtfacie, uniuersis Cristi fidelibus presentes literas inspecturis salutem in omnium saluatore. Literas Domini Adolphi Comitis Holtfacie, beatissimi patris nostri, datas mercatoribus de Marchia, uidimus sub hac forma: Adolphus, dei gratia Comes Holtfacie, omnibus presentem paginam inspecturis, notum esse uolumus, quod nos cum mercatoribus per Marchiam Brandenburgensem constitutis super summa exactionis siue Vngelt, quod de singulis rebus, que de ciuitate Hamborch ad vendendum deducunt, conuenimus in hunc modum. De quolibet choro filiginis aut tritici duos solidos dabunt, de quo antea quatuor dare consueuerant. Item de qualibet Last allecis duos solidos dabunt, de qua antea tres solidos et dimidium dederunt. Item de Last cupri



quatuor solidos dabunt, de qua quatuordecim solidos antea dederunt. Item de lineo panno quatuor solidos dabunt, de quo antea quatuordecim dederunt. Item de quolibet vase picis vel cineris unum solidum dabunt, de quo duos solidos dederunt. Item de qualibet Mesa Wede, cum quo panni colorantur, duos solidos dabunt, de quo antea octo solidos dederunt. Item de vase sagiminis porcorum duos solidos dabunt, de quo antea quatuor solidos dederunt. Item de septem Last plumbi vel tanni (sic) unam markam argenti dabunt. Hec omnia, sicut prescriptum est, dabuntur, si de Hamborch ad vendendum in Flandriam vel alias deducantur. Si vero aliquis res suas Hamborch vendiderit, et alias res sibi ibidem comparauerit, cum quibus ad propria redire voluerit, pro eisdem rebus Vngeldum non dabit. Et de panno scilicet Want, qui de Hamborch ducitur, Vngeldum non dabitur. Actum in castris iuxta Hamborch, anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXXVI., mense Decembri. Huius rei testes sunt Henricus de Barmenstede, Georgius Aduocatus, Albero dapifer, Cristianus Aduocatus, Bernardus thelonearius et alii quam plures. Item de Marchia erant presentes Mercatores Lambertus fortis, Bernardus de Haringe, Alardus de Querstede, Gerhardus de Vnden, Hildebolt de Saltwedele et Conradus de Saltwedele.

Nos autem dicti patris nostri beatissimi vestigiis inherentes conuentionem prescriptam cum Mercatoribus initam ac consummatam gratam ac etiam ratam habentes, ipsam quoque de certa nostra scientia innouantes, presentis scripti nostri patrocinio sigillorum nostrorum munimine roborato duximus confirmandam. Adhibitis etiam testibus ydoneis, quorum nomina sunt hec: Cunradus de Osterborch, Johannes de Crakowe, Bernardus de Inleue et Henricus de Bardeleue. Acta sunt hec Sandoue, in presentia Domini nostri Johannis, Marchionis Brandenburgensis, anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXII<sup>o</sup>., in die sancti Gregorii.

Nach dem Originale des Stadtarchives zu Saltwedel aus einer vom Professor Danneil mitgetheilten Abschrift. — Ungenau abgedruckt in Gercken's Cod. VI, 566 — 568. — Das S. 18 und 19 mitgetheilte Original der Urkunde, die hier transsumirt ist, weicht in mehreren Punkten von dem Transsumte ab.

**CII.** Die Markgrafen Johann und Otto von Brandenburg ratificiren einen für sie von ihren Unterthanen mit dem Rath und der Stadtgemeinde zu Hamburg eingegangenen Vergleich, am 15. März (1262?)

Jo. et O. Dei gratia marchiones de Brandenburg, famose honestatis viris, consulibus et communioni ciuium in Hamburg, salutem et bone uoluntatis affectum. Vniuersitati uestre notum facimus et presentibus protestamur, quod formam compositionis, per uos et nostros homines inter nos ex una, et uestram vniuersitatem ex parte altera ordinate, inconcussam pro parte nostra pariter et nostrorum, seruare curabimus atque ratam. Et si quid rancoris uel diffensionis inter nos est hactenus agitatum, in malo memores nunquam de ce-